Johannes Prentys et Margareta uxor ejus in propriis personis suis petunt versus Johannem Prentys juniorem et Aliciam uxorem ejus defendentes i

Agnes, daughter of the aforesaid Margaret, to hold to herself and the heirs lawfully begotten of her body according to the custom of the manor by the old services. And if the said Agnes should die without heir lawfully begotten of her body, then the aforesaid half along with the reversion of the other half when it should accrue with all their appurtenances should revert wholly to the aforesaid John Prentys the younger and Alice, to hold to themselves and theirs according to the custom of the manor by the old services etc. And further concerning conditions and covenants between the aforesaid parties, as appears on the back of this roll.

Turn over

Conditions

The condition of the surrender by John Prentys the elder and Margaret his wife of one messuage and one yardland of land as within is this, that the aforesaid John and Margaret his wife and John Prentys the younger and Alice his wife will dwell in the aforesaid messuage along with their servants and children, and will plough, sow, harrow, weed and mow all the lands of the aforesaid yardland of land at all seasons together, and harvest, collect, bind, carry and store all the corn issuing therefrom, and mow the herbage and raise and carry the hay issuing therefrom at their own cost, and each of them will take at the winnowing in equal portions. And each of them will pay out in equal portions toward all rent, taxes, expenses, ploughs, carts, upkeep of the houses and other outside expenses as in dwelling-place, beds, clothing, shoes and other necessities. And if strife and discord should by chance arise between the aforesaid parties and the fault should be found to be on the part of the aforesaid John Prentys the elder and Margaret his wife by twelve upright and lawful men there at the court of this lordship, then it should be freely permitted to the aforesaid John Prentys the younger and Alice his wife to enjoy the entire half of the aforesaid messuage and land belonging to them, and to dwell wherever it should please them, and to have the profit accruing therefrom without any let or hindrance by the aforesaid John Prentys the elder and Margaret his wife. And if the fault should be found to be on the part of the aforesaid John Prentys the younger and Alice his wife by the aforesaid upright and lawful men, then it should be freely permitted to the aforesaid John Prentys the elder and Margaret his wife to re-enter the entire messuage and land aforesaid with all their appurtenances, and retain them to themselves as in their original estate, the present surrender notwithstanding. And each of the same John and John will give a heriot at his death. And they give the lord 6s. 8d. as a fine to have such an estate. And fealty is respited until the next [court].

Fine 6s. 8d. | fealty respited

91. b. GREAT HORWOOD, 14 May 1423

Complaint

John Prentys and Margaret his wife, in their own persons, seek against John Prentys the younger and Alice his wife, defendants, one messuage and one

mesuagium et i virgatam terre cum pertinenciis infra dominium que tenentur de domino secundum consuetudinem manerii. Et preceptum fuit <preposito>ⁱ ad ultimam curiam quod scire faciat ipsis Johanni Prentys juniori et Alicie uxori ejus quod essent hic ad hanc curiam. Et predictus prepositus dicit quod scire fecit predictis Johanni Prentys juniori et Alicie uxori ejus, super quo iidem Johannes Prentys junior in propria persona sua et Alicia uxor ipsius Johannis per eundem Johannem virum suum attornatum comparuerunt.

Et predicti Johannes Prentys senior et Margareta uxor ejus petunt habere <per ipsos>ⁱ liberum ingressum in uno mesuagio et i virgata terre cum pertinenciis, unde medietatem nuper sursum reddiderunt in manus domini sub certis conditionibus et conventionibus in curia die Veneris in festo Sancte Anne matris Marie anno regni regis Henrici quinti post conquestum tercio hic tenta plenius specificatur. Et quia predicti Johannes Prentys junior et Alicia uxor ejus omnes et singulas <conventiones et conditiones>ⁱ in predicta curia specificatas plene et omnibus fregerunt et in nullo impleverunt et hoc petunt quod inquiratur per xii probos et legales homines hujus domini.

Et predicti Johannes Prentys junior et Alicia uxor ejus dicunt quod impleverunt in parte sua omnes et singulas conventiones in curia predicta specificatas et in nullo fregerunt prout etc. Et hoc similiter ponunt se super xii probos etc.

Et prepositus super librum juratur ad retornandum seneschallo nomina juratorum, videlicet Johannes Clerk, Ricardus Chirchey, Johannes Smyth, Ricardus Gilmot, Johannes Baynard de Nether ende, Willelmus Knygt, Johannes Lary, Johannes Geffes, Johannes Baynard de Overende, Ricardus Bedford, Robertus Bedford et Ricardus Boure, electi, triati et jurati, qui dicunt super sacramentum suum quod predicti Johannes Prentys junior et Alicia uxor ejus fregerunt conventiones in curia predicta contentas et in nullo impleverunt neque conservaverunt. Super quo consideratum est per curiam quod predicti Johannes Prentys senior et Margareta uxor <ejus>ⁱ rehabeant ingressum in predictis mesuagio et una virgata terre cum pertinenciis ut in suo pristino statu, sursumredditione, fine et irrotulamento ad predictam curiam die Veneris in festo Sancte Anne matris Marie anno regni regis Henrici quinti post conquestum tercio non obstante.

inquisitio | veredictum | ingressus

92. NCO Archives 4136

leyrwyk | foresfecit | finis x s.

Item presentant quod Alicia Taylor que de domino tenuit unum cotagium et duas acras terre cum pertinenciis <que fecit>ⁱ quoddam leyrewyk cum Johanne Basyngam et quod dicta Alicia causa dicte leyrewyk foresfecit dictum cotagium et ii acras terre cum pertinenciis. Et postea venit Johannes

yardland of land with the appurtenances within the lordship which are held of the lord according to the custom of the manor. And it was ordered at the last court that the reeve should cause it to be known to the same John Prentys the younger and Alice his wife that they should be here at this court. And the aforesaid reeve says that he caused it to be known to the aforesaid John Prentys the younger and Alice his wife, whereupon the same John Prentys the younger, in his own person, and Alice wife of the same John, by the same John her husband and attorney, appeared.

And the aforesaid John Prentys the elder and Margaret his wife pray to have for themselves free entry in one messuage and one yardland of land with the appurtenances, whereof they lately surrendered half into the lord's hands upon certain conditions and covenants as is specified more fully in the court held here on Friday [26 July 1415] in the feast of St Anne, mother of Mary, in the third year of the reign of King Henry the fifth after the conquest. And the aforesaid John Prentys the younger and Alice his wife fully and in all ways broke all and singular the covenants and conditions specified in the aforesaid court and in no way fulfilled them, and they pray that this be inquired into by twelve upright and lawful men of this lordship.

And the aforesaid John Prentys the younger and Alice his wife say that they fulfilled on their part all and singular the covenants specified in the aforesaid court and in no way broke them as etc. And thereof they likewise put themselves upon twelve upright etc.

And the reeve is sworn upon the book¹ to return to the steward the names of the jurors, namely John Clerk, Richard Chirchey, John Smyth, Richard Gilmot, John Baynard of Nether End, William Knyght, John Lary, John Geffes, John Baynard of Over End, Richard Bedford, Robert Bedford and Richard Boure, being chosen, tried and sworn, who say upon their oath that the aforesaid John Prentys the younger and Alice his wife broke the covenants contained in the aforesaid court and in no way fulfilled or kept them. Whereupon it was decided by the court that the aforesaid John Prentys the elder and Margaret his wife should have entry again in the aforesaid messuage and one yardland of land with the appurtenances as in their original estate, the surrender, fine and enrolment at the aforesaid court on the Friday in the feast of St Anne, mother of Mary, in the third year of the reign of King Henry the fifth after the conquest notwithstanding.

Inquest | verdict | entry

92. TINGEWICK (Buckinghamshire), 16 February 1417

Leyrwite | forfeited | fine 10s.

And they present that Alice Taylor, who held of the lord one cottage and two acres of land with the appurtenances, committed a certain leyrwite with John

¹ I.e. the Bible?

106. PRO SC2/153/67

misericordia

Item presentant quod Elena relicta Walteri Hayward' convicta est de adulterio. Et quia consuetudo est istius manerii quod si vidua deprehensa sit in adulterio quod terra quam tenet capiatur in manum domini tamquam forisfacta.

107. NCO Archives 3912

herietum i ovis matrix | finis xl s.

Item presentant quod Henricus Campioun qui de domino tenuit unum mesuagium et medietatem <unius>^d medietatem unius <dimidie>ⁱ virgate terre diem suum clausit extremum, per cuius mortem dominus habuit de herietto i ovem matricem post agnelationem et ante tonsionem precii xx d. Et tenementa predicta capta sunt in manus domini quousque etc. Et super hoc venit Johannes de Wycchenam et petit se admitti ad tenementa predicta tenenda secundum consuetudinem manerii. Et quia proclamatione facta nullus venit ad presens ad predicta tenementa calumpnianda que vacua diu fore non possunt, concessum est predicto Johanni quod ipse tenere possit tenementa predicta in bondagio per finem xl solidorum, solvendo medietatem in festo Sancti Petri advincula et aliam medietatem in festo Sancti Michaelis archangeli proximo sequente, de cuius finis securitate prepositus oneratur. Et admissus est tenens et fecit fidelitatem. Et Cecilia que fuit uxor predicti Henrici petit terciam partem tenementorum predictorum nomine dotis post mortem predicti Henrici sibi adjudicari et liberari, quod quidem per dominum concessum est eidem. Et preceptum est preposito quod ipsam dotari faceret de tercia parte predicta citra festum beate Marie Magdalene. Et sciendum quod predicta tenementa concessa sunt et liberata tenenda per servicia et consuetudines que ad ea pertinent salvo jure cujuslibet cum inde loqui voluerit.

108. NRO DCN/60/11/1

respectus | inquirendum

Inquisitio dicit quod Isolda que fuit uxor Simonis Wudewale tenuit de villenagio domini duas acras terre et medietatem unius mesuagii. Et super hoc Simon predictus clamat tenere predictam terram ad totam vitam suam per legem Anglie. Sed heriotta dicte terre in respectu usque ad proximam curiam propter quasdam causas etc. Causa hec est, quia dictus Simon est natus domini <prioris>^d <episcopi>ⁱ et dicta Isolda nativa fuit domini <episcopi>^d <prioris>ⁱ et plures habuerunt filios, et quia filii partiti non sunt inter dictos episcopum et priorem heriotta in respectu. Dicta terra patitur eidem Simoni secundum legem Anglie et consuetudinem manerii etc., sed finis

106. BRIGHTWALTON (Berkshire), 5 June 1290

Amercement

And they present that Ellen the widow of Walter Hayward was convicted of adultery. And because the custom of this manor is that if a widow should be detected in adultery, the land which she holds should be taken into the lord's hand as forfeit.

107. GREAT HORWOOD (Buckinghamshire), 10 July 1290

Heriot one ewe | fine 40s.

And they present that Henry Campioun, who held of the lord one messuage and half of one yardland of land, has ended his last day, by whose death the lord had as a heriot one ewe after lambing and before shearing, price 20d. And the aforesaid tenements were taken into the lord's hands until etc. And thereupon John de Wycchenam comes and prays to be admitted to the aforesaid tenements, to hold according to the custom of the manor. And because, after proclamation was made, no one came at present to claim the aforesaid tenements, which cannot be vacant for long, it was granted to the aforesaid John that he may hold the aforesaid tenements in bondage by a fine of 40s., paying half in the feast of St Peter ad Vincula and the other half at the Michaelmas next following, for security of which fine the reeve is charged. And he was admitted as tenant, and he did fealty. And Cicely who was the wife of the aforesaid Henry prays that the third part of the aforesaid tenements be adjudged and delivered to her in the name of dower after the death of the aforesaid Henry, which same was granted to her by the lord. And it was ordered that the reeve should cause her to be endowed of the aforesaid third part by the feast of the Blessed Mary Magdalen. And know that the aforesaid tenements were granted and delivered to hold by the services and customs which pertain to them, saving the right of any who would wish to speak therein.

108. NORTH ELMHAM (Norfolk), 30 January 1309

Respite | to be inquired into

An inquest says that Isolde who was the wife of Simon Wudewale held of the lord's villeinage two acres of land and half of one messuage. And thereupon the aforesaid Simon claims to hold the aforesaid land for his entire life by the curtesy of England. But the heriots of the said land are in respite until the next court, due to certain causes etc. The cause is this, that the said Simon is a neif of the lord bishop and the said Isolde was a neif of the lord prior, and they had several sons, and because the sons have not been divided between the said bishop and prior the heriot is in respite. The said land belongs to the same Simon according to the curtesy of England and the custom of the

termino incipiente ad festum Sancti Michaelis proximum sequens per plegium Ricardi le Rede et bedelli, et faciendo per predictum tempus servicia inde debita.

113. NCO Archives 3913

Matilda uxor Thome Corteis venit et petit dotem suam de uno mesuagio et dimidia virgata terre cum pertinenciis que quondam fuerunt Thome Corteis viri sui et que tenuit de domino in villenagio etc., dicens quod secundum consuetudinem manerii quando vir alicujus mulieris alienat tenementum suum seu illud reddidit in manus domini ad opus alicujus, pro quo tenemento facit domino herietum suum, hujusmodi uxores dotem suam solebant habere secundum consuetudinem manerii viventibus maritis suis. Et hoc petit quod inquiretur. Postea compertum est per totum homagium quod hujusmodi uxores viventibus viris suis dotem habere non debent nec solebant secundum consuetudinem manerii etc. Ideo consideratum est quod predicta Matilda eat ad presens sine die quousque vir suus predictus mortuus fuerit si ipsam contingat ipsum supervivere etc., et tenementa predicta remaneant ubi concessa sunt per terminum quousque etc.

114. PRO DL30/63/791

Alicia que fuit uxor Willelmi le Kyng, que post mortem prefati Willelmi quondam viri sui secundum consuetudinem manerii recepit terram et tenementa de quibus predictus Willelmus quondam vir suus obiit seisis, videlicet de i dimidia virgata terre custumarie, ratione paupertatis opera et consuetudines inde debita facere non potest nec edificia dicta tenementa pertinentia manutene-
re, per quod predicta tenementa capta sunt in manus domini ob defectu ipsius Alicie. Et eadem Alicia premunita fuit essendi hic <ad>ⁱ hanc curiam ad ostendendum si aliqua habeat pro se vel dicere sciat quare predicta tenementa cum suis pertinenciis alicui alteri ad libitum domini comitis deliberari non debeant qui de serviciis et consuetudinibus domino inde provenientibus competenter facere potest, que venit et concedit quod ipsa impotens est ad servicia debita domino inde facienda et petit quod predicta tenementa Johanni Clerico per licenciam domini dimitti possunt tenenda ipsi Johanni et suis ad totam vitam ipsius Alicie faciendo domino annuatim pro se ad totam vitam suam omnia servicia et consuetudines inde debita et ad sustentanda edificia tenementorum predictorum in adeo bono statu et meliori quo ea recepiuntur. Et postea concordatum est per consilium domini comitis, videlicet per dominos

free bench according to the custom of the manor, and offended by her body, made fine to have the aforesaid land in peace for the term of twelve years, the term beginning at the Michaelmas next following, by the pledge of Richard le Rede and the beadle, and performing the services owed therein for the aforesaid time.

113. GREAT HORWOOD (Buckinghamshire), 14 April 1327

Maud the wife of Thomas Corteis comes and seeks her dower of one mesuage and half a yardland of land with the appurtenances which once were Thomas Corteis her husband's, and which he held of the lord in villeinage etc., saying that according to the custom of the manor, when the husband of any wife alienates his tenement or renders it into the lord's hands for the benefit of another, for which tenement he pays a heriot to the lord, such wives were accustomed to have their dower according to the custom of the manor while their husbands are living. And she prays that this be inquired into. Afterwards it was found by the entire homage that such wives ought not, nor were they accustomed, to have dower while their husbands are living, according to the custom of the manor etc. Therefore it was decided that the aforesaid Maud should go without day at present, until her aforesaid husband be dead if it should happen that she should outlive him etc., and the aforesaid tenements should remain where they were granted for the term until etc.

114. GREAT WALTHAM AND HIGH EASTER (Essex), 16 December 1327

Alice who was the wife of William le Kyng, who after the death of the aforesaid William once her husband according to the custom of the manor received the land and tenements of which the aforesaid William once her husband died seised, namely half a yardland of customary land, by reason of poverty cannot perform the works and customs owed therein nor maintain the buildings pertaining to the said tenements, whereby the aforesaid tenements were taken into the lord's hands due to the default of the same Alice. And the same Alice was warned to be here at this court to show whether she has or knows anything to say for herself why the aforesaid tenements with their appurtenances ought not to be delivered at the lord earl's pleasure to anyone else who can competently perform the services and customs accruing therein to the lord, and she comes and concedes that she is incapable of performing the services owed therein to the lord, and she prays that the aforesaid tenements can be demised by the lord's licence to John Clerk, to hold to the same John and his for the entire life of the same Alice, performing for her yearly to the lord for her entire life all the services and customs owed therein and for sustaining the buildings of the aforesaid tenements in as good a state and better than they are received. And afterwards it was agreed by the council of the lord earl,

187. LJRO D30/G4

Rogerus filius Henrici Fabri dat domine ii s. ad habendum visum curie de terra quondam patris sui, et quia non fuit de etate quo vendidit illam terram nec fuit in sesina dicte terre. Et xii jurati presentant quod Rogerus predictus non fuit in seysina quo vendidit illam terram, et quod illa venditio nichil valuit et quod ipse Rogerus vendere non potuit. Et Robertus Faber venit in curiam et dixit quod nichil tenuit de terra sua nec clamat tenere quare eadem terra capta fuit in manus domine.

188. a. NCO Archives 3913

plegii inventi

Alicia Aboveton relicta Ricardi Aboveton que clamavit tenere tenementa predicti Ricardi post obitum suum per i annum et diem juxta consuetudinem manerii pro herietto ipsius Ricardi invenit plegios ad conservandum predictum tenementum in bono statu usque ad finem completi anni et ad facienda consuetudines et servicia etc., videlicet Johannem Gerard et Hugonem le Reve.

i bos precii ix s. viii d. de herietto | preceptum

Ricardus Aboveton qui tenuit de domino i mesuagium et unam virgatam terre cum pertinenciis diem clausit extremum et de herietto ipsius provenit i bos precii ix solidorum viii d. Et preceptum capere et tenere dicta tenementa in manus domini quousque etc.

188. b. Ibid.

finis xx s.

Ad istam curiam dominus de sua gracia concessit Alicie que fuit uxor Ricardi Abovetoun unum mesuagium et unam virgatam terre cum pertinenciis ad opus Ricardi filii predictorum Ricardi et Alicie, que quidem mesuagium et virgata terre predictus Ricardus Abovetoun quondam tenuit de domino in villenagio, habendum et tenendum predictum tenementum de domino sicut predictus Ricardus tenuit et faciendo consuetudines et servicia que dictus Ricardus facere consuevit. Et pro ista concessione et gracia habendis predicta Alicia dat domino de fine xx s. et non plus ad instanciam magistri Willelmi de Horewod procuratoris abbatis de Bello. Et predicta Alicia sustinebit domos et edificia in dicto tenemento existentia in adeo bono statu quo ea recepit vel meliori. Et tam de denariis solvendis quam de consuetudinibus et serviciis faciendis et edificiis sustinendis predicta Alicia plegios invenit, videlicet Johannem Gerard, Hugonem le Reve, Johannem Maykyn et Radulphum Margery. Et liberatum est ei tenementum predictum ad tenendum de domino in villenagio in forma predicta.

187. FAREWELL (Staffordshire), 12 May 1293

Roger the son of Henry Smith gives the lady 2s. to have a view of the court of the land once his father's, and because he was not of age when he sold that land, nor was he in seisin of the said land. And twelve jurors present that the aforesaid Roger was not in seisin when he sold that land, and that that sale was worth nothing, and that the same Roger could not sell. And Robert Smith came into court and said that he held nothing of his land, nor does he claim to hold it, whereby the same land was taken into the lady's hands.

188. a. GREAT HORWOOD (Buckinghamshire), 2 June 1318

Pledges found

Alice Aboveton the widow of Richard Aboveton, who claimed to hold the tenements of the aforesaid Richard for one year and a day after his death according to the custom of the manor by the heriot of the same Richard, provided pledges to keep the aforesaid tenement in good state until the end of an entire year and to perform the customs and services etc., namely John Gerard and Hugh le Reve.

One ox price 9s. 8d. as heriot | order

Richard Aboveton, who held of the lord one messuage and one yardland of land with the appurtenances, has ended his last day, and there accrues as his heriot one ox, price 9s. 8d. And it was ordered to take and hold the said tenements in the lord's hands until etc.

188. b. GREAT HORWOOD, 6 September 1318

Fine 20s.

At this court the lord by his grace granted to Alice who was the wife of Richard Aboveton one messuage and one yardland of land with the appurtenances for the benefit of Richard the son of the aforesaid Richard and Alice, which same messuage and yardland of land the aforesaid Richard Aboveton once held of the lord in villeinage, to have and hold the aforesaid tenement of the lord as the aforesaid Richard held it and performing the customs and services which the said Richard was accustomed to perform. And the aforesaid Alice gives the lord 20s. as a fine to have this grant and grace, and no more at the instance of Master William de Horewod, proctor of the abbot of Battle. And the aforesaid Alice will sustain the houses and buildings existing in the said tenement in as good a state as she received them or better. And both for paying the money and for performing the customs and services and sustaining the buildings the aforesaid Alice provided pledges, namely John Gerard, Hugh le Reve, John Maykyn and Ralph Margery. And the aforesaid tenement was delivered to her, to hold of the lord in villeinage in the aforesaid form.

188. c. Ibid.

terra capta in manus domini

Item presentant quod dominus Radulphus vicarius de Whaddon' habet custodiam filii <qui nondum complevit etatem trium annorum>ⁱ et tenementa que fuerunt Ricardi Abovetoun nativi, qui de domino tenuit unum mesuagium et i virgatam terre cum pertinenciis in bondagio, et custodiam illam habuit ex predicessore domini nunc, et in dicto mesuagio facta est destructio pomarum et fraxinorum set per quem ignorant. Ideo tenementum predictum capiatur in manus domini quousque etc. doceatur de vasto et de jure quod dictus dominus Radulphus clamat in eisdem.

188. d. Ibid.

misericordia viii d. | inquisitio ad proximam

Radulphus vicarius ecclesie de Whaddon' attachiatus fuit ad respondendum domino de eo quod vastum fieri permisit in tenementis que fuerunt Ricardi Abovetoun et que in custodia predicti Radulphi existunt prout decenarii presentaverunt ad ultimum visum, qui venit et dicit quod nichil habet nec clamat habere in dictis tenementis et ad hoc vocat rotulos curie ad warantiam. Et compertum est per inspectionem dictorum rotulorum quod dicta tenementa tradita fuerunt Alicie que fuit uxor dicti Ricardi et non predicto Radulpho. Ideo decenarii pro falsa presentatione in misericordia <viii d.>ⁱ.

Et super hoc quesitum est qualiter dictus Radulphus de dicto vasto se acquietare voluerit. Dicit quod paratus est se acquietare per inquisitionem. Ideo veniat inquisitio ad proximam.

tenementa capta in manum domini

Postea venit predicta Alicia et quesitum est de ea ut de tenente dictorum tenementorum qualiter se acquietare velit de dicto vasto. Et ipsa dicit quod nullum vastum seu destructionem fecit. Et petit quod inquiratur. Ideo veniat inquisitio. Dicit etiam quod nichil tenet in dictis tenementis nisi <in>^d terciam partem eorundem et hoc nomine dotis secundum consuetudinem manerii.

Postea quisitum est a quo dotata fuit in eisdem. Dicit quod per Radulphum Margeri tunc ballivum domini in estate ultimo preterito. Et predictus Radulphus venit et bene cognovit quod ipsam dotavit assensu complicitum suorum sed nullum warantum inde ostendit. Ideo dictus Radulphus et Hugo prepositus, Johannes Gerard, Johannes filius ejus qui dictam mulierem dotaverunt sine waranto ideo ipsi omnes in misericordia <pro omnibus condonatur per dominum>ⁱ. Et quia videtur quod dicta Alicia assensu predictorum Radulphi, Hugonis, Johannis et Johannis usurpavit et elegit sibi dotem ex voluntate propria <et non ex assignatione domini>ⁱ, ideo preceptum est capere dictam dotem in manum domini

188. c. GREAT HORWOOD, 22 May 1321

Land taken into the lord's hands

And they present that Sir Ralph, vicar of Whaddon, has custody of the son, who has not yet reached the age of three years, and the tenements which were Richard Aboveton's, neif, who held of the lord one messuage and one yardland of land with the appurtenances in bondage, and he had that custody from the predecessor of the present lord, and destruction of the apple and ash trees was made in the said messuage, but by whom they do not know. Therefore the aforesaid tenement is taken into the lord's hands until etc. more may be learned concerning the waste and the right which the said Sir Ralph claims in them.

188. d. GREAT HORWOOD, 13 July 1321

Amercement 8d. | inquest at the next [court]

Ralph, vicar of the church of Whaddon, was attached to answer the lord because he allowed waste to be made in the tenements which were Richard Aboveton's, which remain in the custody of the aforesaid Ralph, as the tithingmen presented at the last view, and he comes and says that he has nothing, nor does he claim to have, in the said tenements, and thereto he vouches the rolls of court to warranty. And it was found by inspection of the said rolls that the said tenements were handed over to Alice who was the wife of the said Richard, and not to the aforesaid Ralph. Therefore the tithingmen are in mercy for false presentment (8d.).

And thereupon it was asked how the said Ralph wished to acquit himself of the said waste. He says that he is ready to acquit himself by inquest. Therefore let an inquest come at the next [court].

Tenements taken into the lord's hand

Afterwards the aforesaid Alice came, and it was asked of her as tenant of the said tenements how she wished to acquit herself of the said waste. And she says that she made no waste or destruction. And she prays that it be inquired into. Therefore let an inquest come. She also says that she holds nothing in the said tenements except the third part of them, and this in the name of dower according to the custom of the manor.

Afterwards it was asked by whom she was endowed in them. She says by Ralph Margeri, then the lord's bailiff, in the summer last past. And the aforesaid Ralph came and freely acknowledged that he endowed her by the assent of his fellows, but he shows no warrant therein. Therefore the said Ralph and Hugh the reeve, John Gerard and John his son, who endowed the said woman without warrant, are all in mercy (pardoned for all by the lord). And because it seems that the said Alice, by the assent of the aforesaid Ralph, Hugh, John and John, usurped and chose for herself her dower by her own will and not by the lord's assignment, therefore it was ordered to take the

quousque doceatur an ipsa rationabiliter inde dotetur nec ne. Et quia predicta Alicia disclamat tenere dictas duas partes, ideo capiantur in manum domini quousque etc.

finis xl d. | ii capones annuatim

Postea venit dictus < dominus >ⁱ Radulphus vicarius et dat domino quadraginta denarios ita quod predicta Alicia tenere possit dotem suam, secundum quod dotata est, et quod ipse dominus Radulphus ut propinquiore heredi supradicto disponere possit de duabus partibus predictis absque calumpnia domini, secundum quod ipsi heredi usque ad legitimam etatem ipsius melius viderit expedire, ita quod predictus Radulphus et Alicia inter se fieri faciant domino servicia debita et consueta, et preterea quamdiu dicta tenementa tenuerint faciendo ultra duos capones annuatim ad festum apostolorum Philippi et Jacobi domino solvendo.

188. e. Ibid.

terra tradita Hugoni preposito | finis i quarterium avene

Radulphus vicarius de Whaddon' reddidit sursum in manus domini illas duas partes mesuagii et virgate terre cum pertinenciis que fuerunt Ricardi Aboveton et que idem Radulphus habuisse < debuit >ⁱ de licencia domini usque ad legitimam etatem Ricardi filii Aboveton [*sic*] simul cum parte sua terrarum dominicarum pro fine cum domino prius facto prout patet in rotulis curie.

Que quidem tenementa tradita sunt Hugoni preposito advunculo predicti Ricardi filii Ricardi usque ad legitimam etatem ipsius Ricardi filii Ricardi faciendo domino servicia et consuetudines quantum pertinent ad predicta tenementa. Et sustentabit predictum Ricardum filium Ricardi in victu et vestitu honeste a die Sancti Michaelis proximo futuro in unum annum usque ad legitimam etatem ejusdem Ricardi filii Ricardi. Et omnes fructus nunc in terra existentes concesse sunt predicto Radulpho vicario de Whaddon' pro sustentatione predicti Ricardi filii Ricardi a die Sancti Michaelis proximo futuro in unum annum, per quod tempus obligat se in sustentatione predicta. Et sciendum est quod idem Hugo recepit terram predictam paratam ad warectandam in quo statu eam dimittet in fine termini sui predicti. Et pro ista conventionem sic irrotulanda predictus Radulphus vicarius dat domino i quarterium avene, de caponibus nichil de cetero quos idem Radulphus solvere consuevit nisi de anno presenti. Et sciendum quod idem Radulphus faciat et supportabit omnia onera ad dictam terram spectantia usque festum Sancti Martini proximum sequens.

said dower into the lord's hand until it may be learned whether she be reasonably endowed therein or not. And because the aforesaid Alice disavows holding the said two parts, therefore let them be taken into the lord's hand until etc.

Fine 40d. | two capons yearly

Afterwards the said Sir Ralph, vicar, comes and gives the lord 40d. so that the aforesaid Alice may hold her dower, following which she was endowed, and so that the same Sir Ralph may make disposition of the two parts aforesaid as to the nearer heir abovesaid without claim by the lord, according to what should seem more advantageous to the same heir until his lawful age, so that the aforesaid Ralph and Alice between them should cause to be performed to the lord the services owed and accustomed, and moreover for as long as they should hold the said tenements further rendering two capons, to be paid to the lord yearly at the feast of the Apostles Philip and James.

188. e. GREAT HORWOOD, 17 April 1325

Land handed over to Hugh the reeve | fine one quarter of oats

Ralph, vicar of Whaddon, surrendered into the lord's hands those two parts of the messuage and yardland of land with the appurtenances which were Richard Aboveton's and which the same Ralph ought to have by the lord's licence until the lawful age of Richard the son of Richard Aboveton, along with his part of the demesne lands, for a fine formerly made with the lord, as appears in the rolls of the court.

Which same tenements were handed over to Hugh the reeve, the uncle of the aforesaid Richard the son of Richard, until the lawful age of the same Richard the son of Richard, performing for the lord as many services and customs as pertain to the aforesaid tenements. And he will sustain the aforesaid Richard the son of Richard honestly in food and clothing from one year from Michaelmas next until the lawful age of the same Richard the son of Richard. And all the crops now being in the land were granted to the aforesaid Ralph, vicar of Whaddon, for the sustenance of the aforesaid Richard the son of Richard from¹ one year from Michaelmas next, through which time he binds himself in the aforesaid sustenance. And it is to be known that the same Hugh took the aforesaid land ready to fallow, in which state he will leave it at the end of his aforesaid term. And for this covenant thus enrolled, the aforesaid Ralph the vicar gives the lord one quarter of oats; nothing henceforth of the capons which the same Ralph has been accustomed to pay except for the present year. And know that the same Ralph should perform and support all the burdens pertaining to the said land until the feast of St Martin next following.

¹ *Recte* 'until'?